

Joachim Heinrich Sibrand


**Programma, Quo Rector Academiae Rostochianae Joach. Henricvs Sibrand ... ad honorificas, solemnesque exequias, quas Viro ... Dno. Henrico Beccero, Ædis Jacobae Pastori vigilantissimo ... Vidva Relicta Moestissima, d. 16. Februar. anni 1720. paratas cupit, Omnes Omnivm Ordinvm Cives Academicos, sedulo, & peramanter inuitat, conuocatque**

Rostochii: Typis Johannis Wepplingi[i], [1720]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1805890867>

Druck    Freier  Zugang







66 Stücke


Mkib Gen  
2/2 - 4°

Inhaltsverzeichnis der Leichenprogramme  
in alphabetischer Ordnung der gefeierten  
Person mit Sterbejahr.

1. Arnd, Karl. 1721.
2. Bademüller, Johannes. 1723.
3. Baltzer, Jakob. 1706.
4. Becker, Heinrich. 1720.
5. Bergk, Catharina v., geb. v. Hecken. 1712.
6. Steinkopf, Margaretha, geb. Christian. 1719.
7. 8. Crohn [Krohn], Johann Adolph. 1750.
9. Darjes, Joachim. 1740.
10. Duve, Joh. Abraham. 1728.
11. Fabricius, Jakob. 1653.
12. Festing, Johannes. 1685.
13. Willebrand, Catharina Christine, geb. Fischer. 1742.
14. Eggerdes, Catharine Marg., geb. Gerdes. 1714.
15. Graumann, Christian Daniel. 1764.
16. Tielcke, Cath. Dorothea, geb. Giesen. 1719.
17. Glück, Friedrich Gottfried. 1707.
- 18-22. Grünenberg, Johann Peter. 1700.
23. Haberkorn, Joh. Balthasar. 1707.
24. 25. Hahn, Julius Ernst. 1751.
26. Henning, Anna Christina, verh. Redecker. 1718.
27. Hildebrand, Christian. 1712.
28. Käsebeck, Heinrich. 1719.
29. Lembke, Agneta, geb. Hinze. 1749.
30. Lesch, Daniel. 1707.
31. Lindemann, Eva, verh. Dugge. 1719.
32. Lindenberg, Kaspar. 1713.
33. Lüders, Marcus. 1738.
34. Möhr, Heinrich. 1729.
35. Schmidt, Helene Catharina, geb. Petersen. 1756.
36. Radow, Georg. 1699.
37. Müller, Christian. 1740.
38. Niehenck, Georg Vitus Heinrich. 1795.
39. Palthen, Samuel von. 1750.
40. Rhades, Georg Michael. 1758.

- Basse*
41. Rhon, Christoph Gottlieb. 1724.
  42. Schelhamer, Henrica Maria, verh. Burchard. 1720.
  43. Sandow, David. 1752.
  44. (Saß,) Charlotte Wilhelmine, geb. Thymne. 1787.
  45. Schlaff, Agneta, geb. Lembke. 1748.
  46. Vorast, Margareta Sophia, geb. Schleeff. 1758.
  47. Schmidt, Jonas. 1745.
  48. 49. Starck, Samuel Christfried. 1769.
  50. Gens Schuckmannia. 1706.
  - 51-55. Schwartzkopff, Kaspar. 1691.
  56. Senst, Johannes. 1723.
  57. Sibeth, Nikolaus. 1721.
  58. - , Catharina Elisabeth, geb. Siebrandt. 1719.
  59. Sibrand, Catharina, geb. Radow. 1720.
  60. Stever, Christian Michael. 1722.
  61. Tielke, Joh. Joachim. 1724.
  62. Vandewil, Alexandre de. 1684.
  63. Stockmann, Anna Margareta, geb. Varenius. 1715.
  64. Walther, Matthias Gustav. 1768.
  65. Weidener, Johann Joachim. 1732.
  66. Wolfraht, Dietrich. 1698.
- Ko*





# PROGRAMMA,

Quo

## RECTOR

ACADEMIAE ROSTOCHIANAE

JOACH. HENRICVS Sibrand/

V. J. D. & PROF. PVBL. FACVLT. JVRID.

h. t. DECANVS & SENIOR,

ad honorificas, solemnnesque exequias,

quas

## V I R O

PER QVAM REVERENDO ATQVE  
RELIGIOSISSIMO,

DNO. HENRICO  
BÈCCERO,

Ædis Jacobae Pastori vigilantissimo,

Reuerendi Ministerii Rostochiensis Seniori ve-  
nerando, & Directori grauissimo,  
marito suo desideratissimo,

VIDVA RELICTA MOE-  
STISSIMA,

d. 16. Februar. anni 1720.

paratas cupit,

OMNES OMNIVM ORDINVM CIVES  
ACADEMICOS,

sedulo, & peramanter inuitat,  
conuocatque.

---

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS WEPPLINGI, SERENISS. PRINC. & YNIV. Typographi.



PROLOG  
Onsideranti mihi, ac perpen-  
denti, summas Ecclesiæ, in qvas DEus nos  
reservavit, difficultates, nihil gravius accidit,  
qvm si vita orthodoxorum, qui in summa  
Ecclesiæ luce versantur, in dubium vocatur,  
molestissimis subinde in hanc rem institutis  
querelis.

Instar omnium nominandus est famigeratissimus *Arnoldus*,  
qui, nondum tricenarius, cum Historiam scribebat Ecclesiasticam,  
fervore juvenili, aliorumque susurrationibus, non raro abruptus,  
omnes ferme orthodoxos, à tot retro seculis, quantum in ipso fuit,  
suspectos reddere conatus est.

Optandum esset, ut vir qvidam rerum ecclesiasticarum probe  
peritus, deposito omni partium studio, vera, falsis mixta, accurate  
erueret, totiqve orbi exponeret, quinam illi sint orthodoxi, qui tan-  
tum Ecclesiæ splendorem maculis adspicunt suis, virorum alias in-  
nocentissimorum famam labefactantes.

Interim, nostro judicio, vix melius communi Ecclesiæ existima-  
tioni, in tanto periculo, consultitur, qvm si, contrariis exemplis  
in medium productis, os adverlariis obthuretur, & re, factisqve  
ostendatur, qvod nihil orthodoxis sit antiquius, qvm vita, à rebus  
hujus mundi iudicris procul remota, scelerumqve pura...

C. O. O. H. fuit omnino hac mente, cum in vivis adhuc esset;  
vir immortali laude dignus *HENRICUS BECKERUS*, Ecclesiæ  
Jacobææ Pastor hactenus vigilansissimus, Reverendi Ministerii  
Rostochiensis Senior venerandus, & Director gravissimus, cuius exe-  
qviæ, ingemiscentibus omnibus bonis, magnoqve Ecclesiæ suæ da-  
mno, hodie parantur.

Age vero damnum hoc, DEo ita moderante, in ulis nostros,  
atqve solatium, convertamus, & adversariis orthodoxorum sistamus  
virum, omni invidia superiorem, orthodoxiæ pariter, vitæqve incul-  
patæ, qvod tota civitas, & exteri quoqve, loqvuntur, tenacissimum.

Anteqvam autem hoc promissum in percensendis tanti viri vir-  
tutibus exsolvamus, duas qvæstiones brevissimis, qvoad fieri poterit,  
verbis enodabimus; Primam, an orthodoxia ab interna virtute, qua  
ad piam vitam instigat, atqve trahit, differat realiter, ita ut vera orthodo-  
xia sine hac ad piam vitam virtute esse possit? & deinde alteram illam,  
an orthodoxus possit esse, qui pia tamen vita sit destitutus?

Primam qvæstionem qvod attinet, an orthodoxia ab interna sua  
virtute, que ad piam vitam moves, differat realiter, ita ut vera orthodoxia  
sine hac ad piam vitam virtute esse possit? eam simpliciter negamus.

Duplici autem ratione orthodoxia in præsenti considerari po-  
test, vel in se, vel qvatenus est in orthodoxo: utroqve, ut opinor, re-  
spectu qvæstio proposita est neganda.

Nimirum si orthodoxiam consideramus (i) in se, non est sa-

ne doctrina mortua, & inefficax, sed, quatenus concinnata dicitur ex S. Scriptura, est virtus quædam divina, quæ eo ordine in hominum corda operatur, ut, peracta Regeneratione (quæ fidem donat), justificatione (quæ justos facit), ac sanctificatione (quæ piam vitam accedit,) veræ tandem beatitudinis illos participes reddat.

Hæc induit nexo ita inter se sunt coniuncta, ut unum sine altero, quoad rem, esse non possit. Quamvis enim orthodoxya causas ab Effectu, Regenerationem sc., & Justificationem, ab ipsa Sanctificatione, diversis conceptibus accurate distingvat: nequaquam tamen salutem facit, ita ut sine Sanctificatione, (sive Renovatione) cultores suos ad æternam gloriam ducat, quod esset contra clarum DEI verbum, Ebr. 12. 14. : hoc modo enim scala quasi salutis nostræ, quæ suos gradus integros habet, nefario ausu interrumpetur, & sacrilegium committeretur nullo piaculo expiandum.

Sed ne prolixiores simus, quæstionem datam ita demonstramus: Orthodoxya quatenus est concinnata ex verbo Dei, quoad rem, est ipsum verbum Dei: hæc propositio aliunde, & ex analogia Theologiae, jam satis patet; modo attendatur, me jam non de formalis, sed reali, sive materiali, identitate loqui. Verbum autem divinum nunquam potest esse sine interna virtute DEI, ad perficiendam in nobis sanctificationem, sed à parte rei est illa ipsa virtus divina, quod patet ex dictis Rom. I. 16., Joh. 6. 63.; adeoque ab hac virtute non differat realiter.

Ergo idem jam etiam dicendum erit de Orthodoxya: quod & illa nunquam possit esse sine interna virtute DEI, ad perficiendam in nobis sanctificationem, sed quod, à parte rei, sit illa ipsa virtus divina; adeoque ab hac virtute non differat realiter, I. Q. E D.

Si quis autem in hac parte à nobis velit dissentire, illum oportet ostendere, DEum orthodoxiam, imo etiam verbum suum sine interna virtute, ad perficiendam in nobis sanctificationem dedit.

Et hactenus quidem consideravimus Orthodoxyam *in se*, jam si eandem dispiciamus (2) quatenus est in Orthodoxo, iterum quæstio proposita erit neganda. Nam Orthodoxus non potest esse sine interna virtute ad perficiendam in nobis sanctificationem; uti in antecedentibus jam demonstravimus.

Ergo etiam orthodoxus quatenus possidet orthodoxiam, simul etiam possidebit internam virtutem, ad perficiendam, tum in se, tum in aliis, veram, & coram Deo, per Christi vulnera, valentem, sanctificationem.

Jam ad alteram quæstionem pergimus: *An orthodoxus possit esse, qui pia ratione sit destitutus?* Orthodoxia, à qua orthodoxus nomen habet, etiam hic duplicitatione accipi potest, vel quatenus est notitia, qua Deus, ac res divinæ, ab intellectu, quemadmodum vere se habent, & in se, suaque natura, sunt, prævia S. Scriptura, cognoscuntur, ita ut intra notitiam illam sistatur, nec ea in praxin deducatur sibi convenientem; vel quatenus non subsistitur in sola notitia, sed hæc ad praxin, sibi convenientem, deducitur.

Si

Si itaque orthodoxia priori significatione accipiatur, quæstionem propositam affirmandam esse, non solum ratio, sed ipsa quoque proh dolor! experientia satis evincunt.

Eqvidem virtutem ad piam vitam, uti diximus, possidet talis orthodoxus, quatenus haec virtus causaliter, & in se, consideratur, ac cum verbo divino nexus indivulso est complicata; nequam autem habet hanc virtutem, effective, & finaliter, spectatam nihil enim talis orthodoxus melior, imo pejor, efficitur, finem quoque hujus virtutis, ac scopum, nulla ratione assequitur.

Itaque verum est, quod orthodoxus, testante experientia, quoad vitam, non raro deterior evadat: Idem ille, verbero tamen eandem orthodoxiam, sensu priori acceptam, permittente, imo etiam certo modo concurrente, DEO, servat; & ab hac orthodoxia suum quoque nomen retinet, ut vocetur orthodoxus.

Sed vero cum ejus orthodoxia debito scopo, fineque excidat, merito ex mente Hollazii, cuius locum mox citabimus, vocatur orthodoxus saltem in sensu generali, & vulgari. Ergo orthodoxus in sensu generali, & vulgari, datur, qui pia vita destituitur, J. Q. E. D.

Quod si vero orthodoxia in posteriori sensu sumatur, ita ut non subsistat in sola notitia, sed haec ad praxin, sibi convenientem, deducatur, quæstionem propositam negandam esse, apertissimum est: id quod ita demonstro: dantur per DEI gratiam orthodoxi, qui tales se praestant, quales ex intentione Spiritus S. esse debent.

Nimirum orthodoxia illorum in sola notitia non subsistit, sed haec ad praxin, sibi convenientem, deducitur. Quorum autem orthodoxia ad praxin justam deducitur, ita ut piam quoque agant vitam, illi merito, ex mente Hollazii, orthodoxi dicuntur in sensu speciali, & excellentiori. Ergo orthodoxus in sensu speciali, & excellentiori, nemo est, nisi qui piam simul, & DEO acceptam, agit vitam, I. Q. E. D. Conf. Hollaz. Exam. Theol. Proleg. I. Qu. m. 18. & 20.; & Dn. D. Epini Logic. Prot. Publ. Ducal. celeberrimi, Collegæ nostri honoratissimi, Compend. Metaph. p. III. S. 1. C. 3. S. 3. in us. p. 77. edit. prior.

Talis itaque Theologus orthodoxus, in sensu excellentiori sic dictus, fuit HENRICUS BECKERUS; cuius hodie exequias, lege gratitudinis ita jubente, quantum in nobis est, digne concelebramus. In primis autem nostrarum erit partium, ut excellentiorem illam VENERABILIS HUJUS VIRI orthodoxiam, ex tota ejus vita, sine gravioribus maculis resplendentem, ulterius describamus, ac descriptam omnibus, & singulis, totique posteritati, imitandam, commendemus. Non ergo hanc lucernam, monente Salvatore, subter modium, sed in candelabrum, ponamus, ut ejus fulgore tota DEI domus colluceat, atque illustretur. Accedant iniqvi alias orthodoxorum aestimatores; non claudant oculos, neque ad tantam lucem cœcutiant; imo armatis, si placet, oculis undique circumspiciant, num forte maculas à quibus nec solis

folis jubar plane est intatum , aut sordes qvasdam , puro Christi  
sangvine nondum ablutas , hic observare , aut odorari possint.

Sed ab initio est ordiendum. Ingressus hanc vitam est vir  
beatus hac ipsa in urbe d. XIV. Novembris Anni MDCLXII. PA-  
TRE prognatus Viro Amplissimo , Excellentissimo , ac maxime ve-  
nerando , DN. HERMANNO BECKERO , Metaph. , ac Ma-  
thematum , in hac Academia Professore meritissimo , ut et Pastore  
Ecclesiæ Jacobæ Vigilantissimo , cuius egregia pietas , & vitæ, mo-  
rumqve , sanctitas , singularisque prorsus in dicendo , docendoqve ,  
facundia , in multorum adhuc sunt commemoratione ; MATRE  
vero , à præcipua , qva excellebat , pietate , cæterisqve muliebris  
sexus virtutibus commendatissima Matrona , AGNETA HAS-  
SERTZ ; qvi parentes etiam filiolum , recens editum , salutari  
Baptismatis fonte à sordibus connati peccati purgandum , Ecclesiæ-  
que Christianæ inserendum , DEo obtulerunt.

AVUM IN LINEA PATERNA natus est Virum Nobili-  
ssimum DN. HERMANNUM BECKERUM , civem , & mer-  
catorem , hujus urbis dextrorium , ex Westphalia oriundum ;  
AVIAM vero , in eadem linea , matronam ornatissimam GER-  
THRUDAM MAUEN , Rostochiensem.

AVUS IN LINEA MATERNA fuit Vir Nobilissimus DN.  
PETRUS HASSERTUS , inter cives , & mercatores , hujus  
urbis haud infimus ; AVIA vero , ejusdem lineæ , Matrona præ-  
stantissima AGNETA ab HASSELN , nata itidem Rostochii.

Sed vero cum virtus , & pietas , jam per se proprio fulgore  
lucent , ascito colore haud indigentes , non opus etiam est , ut in  
reliqvis Majorum monumentis recensendis chartam , operamqve ,  
propriis BEATI VIRI virtutibus dicatam , insumamus . Sat felix  
interim in eo fuit , qvod , juvenis cum esset , tales habuerit Paren-  
tes , qvi in perpoliendis , qvas à natura natus erat , egregiis animi  
dotibus , nihil reliqui fecerunt ; sed carissimum sibi filium , genitoris  
aliqvando æmulum , solicita cura iis cunctis artibus imbuendum  
curarunt , qvibus optima ingenia imbuenda sunt . Hinc primum  
in Patria privatas , publicasqve , scholas freqventare jussus , tum  
æmulatione condicipolorum , tum præceptorum sedula cura , pro-  
gressus tecit uberrimos ; adeo qvidem , ut jam Anno ætatis XIX.  
ad altiora , qvorum jam capax erat , studia admitti posse videretur

Proinde A. MDCLXXXI. in Academiam vicinorum nobis Holst-  
itorum , qvæ Kiliæ est , ad capiendum ulteriorem ingenii præstantioris  
cultum , provida Parentum cura , missus , non turpi otio , non ludicris  
hujus Seculi rebus , servire cœpit ; sed celeberrimorum Theologo-  
rum , ac Professorum , Kortholti , Reieri , Wasmuthi , aliorumqve , tam  
in Theologicis , qvam Philologicis , Mathematicis , ceterisqve Phi-  
losophicis , Disciplinis auditor fuit studiosissimus ; ac ubique ita se  
geffit , ut non solum de eo bene sperare , sed etiam confidere , tota  
Patria , Parentes , amiciqve haberent sui , eum , studiis Academi-  
cis à prima adolescentia innutritum , optimas has artes ita qvoqve  
con-

B

con-

continuaturum ; ut mox alias suppetias ferre ; studiosæque juveni-  
tuti in Academia subsidio esse posset.

Sed primum qvidem in alia omnia ivit provida summi Nu-  
minis cura , remoramque , fructu tamen non carituram suo , stu-  
diis ejus injectit. Pater enim eodem , qvo BEATUS NOSTER  
protectus erat , anno , d. 1. Octobris , cum occubuisset , diutius com-  
morari in Patria hac Universitate non licebat ; sed seqvente statim  
anno ad exterios prodire , filiosque Nobilium virorum , bonis tum  
artibus , tam moribus , formando , victum sibi qvarere coactus  
fuit. In qvo dubio rerum suarum , vitæque , statu per XII. fere  
annos versatus , data occasione , peregrinationes in Daniam , Sveci-  
amque , uti & Frisiæ Orientalem , instituit , simulque Academias  
plures , nempe Upsaliensem Svecorum , Haffniensem Danorum , &  
Gryphiswaldensem Pomeranorum , lustravit. Hamburgi qvoqve  
Anno MDCXC. & XCI. degenti amplissimæ ejus loci Bibliothecæ  
ad insigne cognitionis incrementum multum contulerunt , Præ-  
terea causam qvoqve celebritatis nactus , elegantioribus suis studiis  
in summorum ejus loci Patronorum familiaritatem ita se insinuavit ,  
ut , ad Professionem Matheeos cum Candidati reqvirerentur ,  
BEATI qvoq; NOSTRI dexteritas , & naturale in his studiis bonum ,  
desideraretur.

Sed DEus , cujus gratosissimam providentiam , in cunctis  
suis negotiis suspiciebat , in aliam promotionem jam omnia para-  
verat. Nam in Patriam , ea qvidem intentione , reversus , ut ma-  
trem , qvæ denuo aliquem ex reliquis filiis , præmatura morte  
abreptum , lugebat , aliquo modo consolaretur , DEO ita moderante ,  
A. MDCXCIII , à Prænobilissimo Prudentissimoq; civitatis hujus Se-  
natū Ecclesiæ Jacobæ præsentatus , in Archi-Diaconum eligebatur .

Qvo officio per aliquot annos functus , indefesso suo studio ,  
& egregia , qva per DEI gratiam valebat , dexteritate , tantam famæ  
celebritatem est consecutus , ut , DEO singulariter ita dirigente , à  
Sereniss. Frisiæ Orientalis Principe , in Ecclesiarum illarum Super-  
intendentem Generalem ac Concionatorem aulicum , evocaretur : sed  
Patriæ amor , & favor suæ Ecclesiæ , qvem hæc ipsa multis ob-  
servationibus , contestationibusque , qvin imo ipso deinceps facto , lu-  
culenter declarabat aliæ item causæ longæ gravissimæ , eundem  
merito retinuerunt. Hinc factum , ut Anno mox subseqvente  
MDCXCIX , d. 26. Januar. ab Archi-Diaconatu ad pastoratum ejus-  
dem ecclesiæ promotus , beato qvidem Parenti remote , proxime vero  
beato Samueli Starckio , surrogaretur.

In qvo novo officio , ab Amplissimo hujus urbis Senatu sibi  
demandato , novas etiam fidelitatis , industriæque acerrimæ , signi-  
fications dedit. Hactenus enim non sine summo animi dolore ob-  
servaverat , insignem complurium auditorum ardorem , in mysteriis  
divinis penitus cognoscendis , defectu S. Bibliorum non parum fuisse  
retardatum. Huic ergo penuriæ ut aliquam consolationem afferret ,  
suo indefesso studio id egit , ut vel sedecim assibus Sacer V. & N. T.  
codex in lingua vernacula yenderetur , ac nemo in posterum de ni-  
mia

mia hujus per se pretiosissimi libri caritate queri haberet. Et quamvis etiam alii, christiana liberalitate ducti, suo auxilio non deessent, efficerentque, ut altera quoque vice integra Biblia prelo subjicerentur: BEATUS tamen VIR propriis sumtibus, neque in prima, neque secunda, editione pepercit, sed in sublevationem pauperum, & ad demonstrandum ingenuum erga auditores suos auorem, non raro ea, quae desiderarentur, liberalissime supplevit.

Hinc etiam factum, ut omnium animos in sui amorem, venerationemque traheret; ac post beatum obitum desideratissimi QVISTORPII, Venerandi Ministerii Rostochiensis Superintendens, S. S. Theol. Doctoris, & Profess. Publ. Ordin. a Collegis amantissimis, singulisque venerandi Ministerii membris, ac summis hujus urbis Patronis, facta nominatione, latissimis suffragiis, in Seniorem, & Directorem Venerandi Ministerii dignissimum cooptaretur.

Ac hujus quoque muneris gravitatem rite perpendens, nihil unquam omisit, quod ad ornandam hanc spartam aliquid momenti afferre posset. Qvo plures enim honores a supremo Ecclesiae Domino, summoq; omnium animarum Episcopo, sibi impositas animadvertisit, eo majora onera sibi in posterum sufferenda, animam tamen, ac conscientiam, quam integrum servare praetabat, non parum gravantia, persensit; in supremo mundi die, ad tremendum DEi tribunal rationem redditurus exquisitissimam. Hinc fraternalis admonitionibus, debita gravitate temperatis, non destitit, cooperarios, quos natus erat in Domino, data occasione, excitare, ne cunctantius opus Domini tractarent, sed collectum hactenus gregem omni studio conservarent, reliquaque temporis spem, in adducendis pluribus ad commune ovile ovibus, haud abjicerent. Hæc omnia vero non ad imitationem Romani Vejovis, impotenti, quem impie sibi arrogavit, dominatu omnia turbantis; sed potius ad æqvissima præcepta Divi Petri, cuius legitimos successores non illos, qui clero dominantur, sed qui toti gregi virtutis sunt documentum, BEATUS NOSTER tempestive agnoscens, studiosissime exeqvebatur. Si quæ forte maiores res, quas iniqva horum temporum indoles in medium non raro afferebat, administrandæ erant, nemus magis urgebatur, affligebatur, urebatur; prorsus ad exemplum vigilissimi Pauli, in quem solicitude omnium Ecclesiæ conjiciebatur. Brevissimis saltem dicam: tum in maximis, tum in minimis rebus, ita se gerebat, ut Venerandum Ministerium non exercitatiorem Seniorem, ac Directorem; Collegæ non optatiorem fratrem; Ecclesia non fideliorum Pastorem, ne voto quidem fingere sibi possent.

Cum itaque ab ineunte adolescentia, quin imo statim a puer, intellexit, & extimuit DEum, eique se totum per totam vitam dedit, atque permisit: non adeo mirandum est, si bonis quoque temporalibus, variarumque rerum affluentibus copiis, hunc sibi fidelissimum servum, pro status conditione, ditayerit. Hinc re-

rum Oeconomicarum rationes neutquam erunt plane prætermit-tendæ. Cum enim ad Archi-Diaconatum promoveretur, eo ipso, qvo jam supra diximus, anno, in vitæ, thoriqve consortium ad-scivit, d. 7 Decembris, egregiam prorsus, virtutibusque sui sexus condecoratissimam virginem CHRISTINAM MARGARETHAM SCHOMERIAM, filiam natu minimam Viri Præ - Nobilissimi, Amplissimi ac Consultissimi, NICOLAI SCHOMERI, J. U. D. consummatissimi, Senatoris qvondam apud Lübecenses primarii, ac Camerarii dexterimi; nunc viduam mœstissimam, calum carif-simi mariti haud secus, quam par est, lugentem. Factus autem est, ex hac sua lectissima conjuge, Parenis novem liberorum, qui eo, qvo hic seqvuntur, ordine sunt nati: I. HENRICUS FRI-DERICUS. II. HENRIETTA AGNETA. III. CHRISTINA DOROTHEA. IV. JOHANNES HENRICUS. V. CATHARINA MAGDALENA. VI. JOHANNES HERMANNUS. VII. MARIA LUCRETIA. VIII. NICOLAUS ALBRECHT. IX. CHRISTINA HEDEWIG. Ac filiorum qvidem natu ma-ximus, & minimus, tenerrima mox infantia, mundo relicto, ad cœlum reversi sunt; reliquis duobus, nominatim: JOHANNE HENRICO, & JOHANNE HERMANNO, in solamen dulcissimæ genitricis, vita fruentibus: qvi sicut virtutum, studiorum-que paternorum æmuli sunt indefessi, & egregiam de se omnibus, & singulis, spem præbent; ita in Patriæ, Ecclesiæque com-modum, ad seros usqve annos serventur, optamus, atque vove-mus. Inter filias, omnes per DEI gratiam adhuc superstites, vir-tutibusque sui sexus instructissimas, natu maxima nuptui collo-cata est Viro perqvam Reverendo, atqve Amplissimo, JOHANNI REICHO, Archi-Diacono apud Lubecenses ad ædem St. Ægid. meritissimo: ex qvo conjugio, felicibus auspiciis contra-eto, tres neptes videntur, atqve osculatus est, I. CORNELIAM CHRISTINAM. II. JOHANNAM HENRIETTAM. III. AGNETAM ELISABETHAM; qvarum media jam est defuncta; reliquæ autem duæ in dulcissimum & aviæ, & parentum, gaudium super-stites, vitali aura adhuc fruuntur.

In tali itaqve, & tam fausto, conjugio, qvod contraxerat cum uxore, ad omnes casus, qvi accidere solent, paratissima-, pietateqve, ac reliqvis virtutibus, egregie munita, nihil deesse ad reliqvam felicitatem poterat; præsertim cum, qvæ ad victimum, & cultum, commodioremque vivendi rationem alias pertinere intelliguntur, aliunde, & ex singulari auditorum liberalitate, suppeterentur.

In qva felicitate etiam usqve ad ultimos vitæ suæ annos, sine graviori rerum conversione, permansit, ut vere prædicare posset, DEum nulla insigniori calamitate privatas res hactenus perculisse, sed ad desideria cordis sui omnia largiter suppeditasse; dictumq; illud Davidis: *non esse penuriam illis, qui Jebovam timent, nec ullo carere eos bono, plenissime in se quoqve impletum esse.*

Donec

Donec tandem in ultimo vitæ articulo etiam ex altera parte veritatem expertus sit Paulini dicti: quem diligit Dominus, castigat; immo flagellus coerces, NB. quemcunque recipit filium.

Quanquam enim hactenus ex toto ejus vitæ curriculo patere cuivis potest, quam orthodoxam, quam sectatus est, sanitatem coluerit; ac BEATUM VIRUM neutriquam ex illorum censu fuisse, qui, ut secundum saniorem doctrinam etiam bene vivant, & exemplis non minus, quam præceptis, auditores instruantur, parum pensi habent: nihilominus tamen corruptæ carnis reliquias, cum quibus ipsi quotidie erat depugnandum, quamdiu in hac vita esset, retinuit. Ergo, cum nec sancti DEI homines sint sine maculis atque sordibus, quemadmodum Lutherus sat eleganter locum illum Hiobi est interpretatus: nemo quoque in hoc BEATO VIRO absolutam, & omnibus aumeris perfectam, sanctitatem reqvirat.

Quod si enim orthodoxorum adversarii talem sibi querunt orthodoxum, qui non amplius cum Davide queri necesse habeat: quis intelligit errores suos omnes? O Jehova, salus mea, ab oculis quoque me delictis absolve! illum cum sua orthodoxya ad hypocritas, fastuque inflatum Pharisæum, facelere jubemus. Certissimum interim manet, clementissimum Numen cum filiis, quos recipit, suis ita agere, ut per totum vitæ tempus in arena peccatorum, sordiumque, huic vitæ adhærentium, se exercere, ac quotidie, quemadmodum Lutherus eleganter in suo Catechismo expressit, veterem hominem affligere, mortificare, & crucifigere, sufficiuntem habeant occasionem.

Hanc ergo etiam nactus est BEATUS NOSTER in ultimis vitæ suæ annis. Nam Dom. I. Adventus, Anni MDCCXVI, leviori primum morbo afflictus, nihil quidem omisit, quod ad pri-stinam recuperandam sanitatem conducere, atque valere posset. Sed mox majus, graviusque malum, a manu divina sibi imminere sensit: quod tanta etiam brevi tempore sumvit incrementa, ut in apostema quoddam a sinistro corporis latere tandem erumperet. Et quamvis Medici in consilium adhiberentur celeberrimi, primum quidem Vir illustris, ac experientissimus DN. ERNESTUS SCHAPERUS, Medicin. D. & P. P. Sereniss. Ducis Regentis Meclenb. Consiliarius intimus, & Archiater; deinde Excellentissimus, Prænobilissimus, atque Experientissimus DN. GEORGIUS DETHARDING, Medicin. D. & Prof. Publ. celeberrimus; & tandem Prænobilissimus atque Experientissimus DN. JOH. LUDOV. SCHAPERUS, Medicin. D. & Practicus felicissimus, qui, adhibito simul chirurgo hujus loci exercitatisimo, DN. BALTHASARE GUHLIO, nihil inexpertum reliquerunt, ut hanc Ecclesiæ Jacobæ servarent gemmam: frustra tamen omnis opera, studiumque, infumebatur, DEO in alia omnia eunte, & arcano consilio in finem, ac scopum, nobis quidem in hac vita incognitum, morbum hunc dirigente.

Ac illud quidem in primis memoratu dignum censemus,

C

quod

quod a Mense Mayo Anni MDCCXVII. usque ad extremam vitæ horam, adeoqve per duos, & qvod excurrit, annos, dolores continentis exquisitissimos, diebus, noctibusqve, sine intermissione, ac uno velut tenore, sit perpeſsus. In qvibus omnibus tamen eam adhibuit animi constanciam, ut, qvamvis corpus à natura nactum esſet tenerimum, quod ad modicos alias dolores tremeret, atqve horreret, nunquam tamen divinæ voluntati obmurmuraret, aut refragaretur: qvin potius, imminente jam vitæ suæ fine, ingenti animi fiducia, qvam spiritus lætitiae in ipso est operatus, testatum dedit, se etiam diutius ad voluntatem, nutumqve, amantissimi Creatoris hæc omnia libenter toleraturum, certissime persuasum, nubeculam hanc, cito transituram, gaudiis compensatum iri sine fine duraturis.

Interim corpus, tot symptomatibus emaceratum, indies magis magisqve atterebatur, donec tandem ab interiori parte nervi tenderentur, pedesqve intumescerent. Hæc certissima mortis præfigia incredibili animi robore intuens, ac sententiosis ex S. Scriptura dictis animam subinde consolatus suam, tandem d. 3. Febr A. C. hora undecima meridiana, intellectu, sensibusqve, integris manentibus, placide acqvievit, atqve obdormivit.

Accedant jam osores orthodoxorum omnes, videant, qvid in *HOC VIRO* carpere, dentibusqve Theoninis arrodere possint; *IN VIRO* tanta integritate, dexteritate, pietate, constantia, ac incredibili animi moderatione, ut, si ipsimet fingere velint, excellentiem tamen orthodoxum, crucis quidem igni usque eo probatum, consequi haud possent! Sed quicquid sit de istorum hominum iudicio, ego quidem, si hæc omnia justa animi æstimatione perpendo, videre mihi jam videor stantem hunc virum coram facie DEI, indutum nitidissimis Salvatoris sui linteis; & Presbyterum illum Apocalypticum magna voce inclamantem: *Hic ille est amicus noster, atque conservus, qui venit ex afflictione illa magna, & lavit stolam suam, ac dealbarit eam in sanguine agni!*

O faxit Clementissimum Numen, ut nos omnes vestigijs plentissimi, & summe orthodoxi, hujus viri insistamus! Accelerate ergo Cives O. O. H! Utique enim, cum hodie exuviae Viri de excellentiori orthodoxia meritissimi terræ sint committendæ, nostrum erit, ut debita præsentia comitatum funebrem frequentiorem efficiamus. Quod, sicut ad hoc pietatis officium humanissime vos omnes & singulos invito, propter insignia Beati merita, vos præstituros esse, certissime confido.

*P. P. Sub Sigillo Rectorali Academicō,  
Anno MDCCXX. d. XVI. Febr.*

*Conventus erit in Aede Jacobæ, hora 1. pomerid.*

• 8 10( 8 •









olane est intactum , aut sordes quasdam , puro Christi  
ondum ablutas , hic observare , aut odorari possint.  
ab initio est ordiendum. Ingressus hanc vitam est vir  
ipsa in urbe d. XIV. Novembris Anni MDCLXII. PA-  
natus Viro Amplissimo , Excellentissimo , ac maxime ve-  
DN. HERMANNO BECKERO , Metaph. , ac Ma-  
, in hac Academia Professore meritissimo , ut et Pastore  
cobææ Vigilantissimo , cuius egregia pietas , & vitæ mo-  
næctitas , singularisque prorsus in dicendo , docendoqve ,  
in multorum adhuc sunt commemoratione ; MATRE  
ræcipua , qva excellebat , pietate , cæterisqve muliebris  
tibus commendatissima Matrona , AGNETA HAS-  
qui parentes etiam filiolum , recens editum , salutari  
s fonte à sordibus connati peccati purgandum , Ecclesiæ-  
ianæ inserendum , DEo obtulerunt.

←   
the scale towards document

LINEA PATERNA natus est Virum Nobilissimum BECKERUM , civem , & mer-  
s dexteritum , ex Westphalia oriundum ;  
em linea , matronam ornatissimam GER-  
N , Rostochiensem .

AVIA MATERNA fuit Vir Nobilissimus DN.  
TUS , inter cives , & mercatores , hujus  
AVIA vero , ejusdem linea , Matrona præ-  
A ab HASSELN , nata itidem Rostochii .  
virtus , & pietas , jam per se proprio fulgore  
haud indigentes , non opus etiam est , ut in  
umentis recensendis chartam , operamqve ,  
virtutibus dicatam , insumamus . Sat felix  
od , juvenis cum esset , tales habuerit Paren-  
s , quas à natura natus erat , egregiis animi  
cerunt ; sed carissimum sibi filium , genitoris  
solicita cura iis cunctis artibus imbuendum  
na ingenia imbuenda sunt . Hinc primum  
plicasqve , scholas freqventare justus , tum  
lorum , tum præceptorum sedula cura , pro-  
; adeo qvidem , ut jam Anno ætatis XIX.  
m capax erat , studia admitti posse videretur  
XXXI. in Academiam vicinorum nobis Holsa-  
d capiendum ulteriorem ingenii præstantioris  
um cura , missus , non turpi otio , non ludicris  
vire cœpit ; sed celeberrimorum Theologo-  
Kortholti , Reieri , Wasmuthi , aliorumqve , tam  
Philologicis , Mathematicis , ceterisqve Phi-  
auditor fuit studiosissimus ; ac ubique ita se  
e eo bene sperare , sed etiam confidere , tota  
ciqve haberent sui , eum , studiis Academi-  
a innutritum , optimas has artes ita quoqve  
B con-




Image Engineering Scan Reference Dark T263 Serial No.